



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VII. De pluralitate, & incompatibilitate beneficiorum regularium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

regulam, ab antiquo jure recedendum non esse, nisi in quantum illud à jure recentiore correctum est.

Dubitatur quòd an qui tertium vel quartum beneficium incompatible obtinet, ipso jure amittat duo, vel tria priora. *¶* pari modo de his pluribus loqui nos debere, quo de duobus tantum incompatible jura statuunt. Videatur *Clement. si plures. 3. h. t.*

§. VII.

De pluralitate, & incompatibilitate beneficiorum regularium.

Respondetur prohiberi in *e. Cum singularia 32. h. t. in 6.* ad cavendam scilicet dissolutionis, & evagationis materiam, ne uni eidemque regulari plures Prioratus, aut Ecclesie curam animarum habentes, quamvis per Vicarios administrare liceat, absque Pontificia dispensatione, conferantur, vel si habent; talem Dignitatem, aut Ecclesiam talem, alia similis conferatur, ipso jure vacet prima, & statim dimitti debeat à tali Religioso, nisi ineligibilis effici velit, ex quo ipso *capit.* etiam patet *§. prohibemus* quòd nec in diversis monasteriis duo beneficia regularia in Titulum obtinere possit Monachus, aut professus esse in duobus monasteriis, & sic jus beneficii, aut collegii habere &c. ne per diversas obedientias distrahatur; & quod carnale matrimonium non patitur, ut duas quis uxores simul habeat, nec in spirituali matrimonio religiosa professionis conceditur, ut qui per suam professionem uni monasterio se totum tradidit, alteri etiam Mo-

nasterio per religiosam professionem tradat; si autem duplex hoc spiritus matrimonium in duobus monasteriis consistere non potest, non potest etiam beneficium obtinere, quod tantum quocumque Monasterii competit.

§. VIII.

Quis possit dispensare in pluralitate beneficiorum, & qua sint iustissima in ea dispensanda.

AD beneficia plura simul habenda, si illa sint de jure incompatible, nemo dispensare potest nisi solus Papa, ob justam causam. *¶* enim solius est in jure communi dispensationis plenitudinem dispensare, *¶* ferim in materia beneficiorum regularium, quorum plenam ac liberam dispensationem habet; debet tamen justam causam dispensandi habere, ut ne dissipare potius, quam dispensare videatur, ut dictum, in materia moribus periculosa, & abuti potest damnum Ecclesie suæ potestatis plenitudine, quam uti in illius bonum, quòd juri naturali videatur contra pluralitatem beneficiorum, sine iusta causa uni concessa. Et quamvis olim dispensatione communi etiam Episcopi dispensare tuerint, ut quis simul in diversis Ecclesiis obtineret duos Canonicatus, vel duo beneficia simplicia, vel in eadem etiam Ecclesia duo beneficia distincta, Canonice v. g. & Capellaniam habere, tamen post Tridentinum dispensare que in his potest (mul. d. minus, ut possit quis accipere vel retinere) *¶*